

Menschheitstraum Fliegen

Daedalus war ein berühmter Erfinder, Techniker und Architekt. Als er in seiner Heimatstadt Athen wegen einer Eifersuchts-tat vor Gericht gestellt wurde, floh er.

Daedalus cum Īcarō filiō ē patriā pulsus in Crētā insulam pervēnit. Ibi Mīnōs rēx Daedalum labyrinthum aedificāre iussit. In hōc labyrinthō Mīnōtaurum
5 mōnstrum inclūdere volēbat.

Labyrinthō aedificātō multisque aliīs negōtiīs perfectīs Daedalus ad rēgem adiit atque „Multōs annōs“, inquit, „omnia, quae iussistī, perfēcī; nunc dēsīderiō patriae affectus domum redīre volō. Sine mē
10 abīre, rēx!“ At Mīnōs precēs eius repudiāvit¹ eumque cum filiō in insulā inclūsit.

Daedalus nōn dēspērāns cōnsilium audāx cēpit atque „Fīlī“, inquit, „nāve fugere nōn possumus. Caelum autem, per quod avēs volant, nōbīs patet. Itaque ālās nōbīs faciam.“ Statim fugam
15 parāre coepit: Ē cērā atque pennīs² avium sībī filiōque ālās composuit eāsque corporibus aptāvit³.

Fugā parātā Īcarum sevērīs verbīs monuit: „Nōlī prope sōlem volāre! Eō modō tūtus eris.“ Prīmum Īcarus patrī pāruiit. Sed postquam multās hōrās volāvērunt, puer audāciā incitātus in
20 altum volāvīit. Paulātīm sōl cērā liquefēcīt⁴. Ālīs dissolūtīs⁵ Īcarus in undās cecidit.

Daedalus, ubi sē filium āmīsisse animadvertit, mortem eius multōs diēs multāsque noctēs flēvit atque artem suam dēvōvit⁶.



Ikarus fällt ins Meer: Relief aus dem 17. Jahrhundert

¹ repudiāre, repudiō: ablehnen

² ē cērā atque pennīs: aus Wachs und Federn

³ aptāre, aptō: anpassen

⁴ cērā liquefacere, liquefaciō, liquefēcī, liquefactum: Wachs zum Schmelzen bringen

⁵ dissolvere, dissolvō, dissolvī, dissolūtum: auflösen

⁶ dēvōvere, dēvōveō, dēvōvī, dēvōtum: verfluchen

- 1 Sieh dir das Relief an. Nenne lateinische Textstellen, die du dort wiederfindest.
- 2 Beschreibe in eigenen Worten die Strategie, mit der Daedalus der Gefangenschaft auf Kreta entfliehen wollte.
- 3 Diskutiert, welchen Fehler sich Ikarus hat zuschulden kommen lassen. Was mögen seine Motive gewesen sein?